UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.l.], 1579

VD16 V 541

De Consecratione Ecclesiæ & Altaris. Titulus XL.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63204

Visual Library

DE CONSECRATIONE EGcleſiæ & Altaris.

Titulus XL.

Continuatio.

TEmpore conſecrationis imponitur cenſus in ſignum ſubiectionis ab eccleſia conſecrata præſtandus.

Quid eſt Conſecratio?

Conſecratio eſt ritus ſacrādi res Deo, cùm adhibitione certarū ſolennitatū, antiquitus introduct⁹, & ex inſtituto veterū Patrū tractus, c. vnico, §. vnde in veteri teſtamēto, ext. de ſac. vnct.

Quæ cauſa Efficiens?

Deus ipſe & ſtatuta Pontificū, d. c. vnico, extr. de ſacra. vnct. & per tot. diſt. 1. de conſec.

Quod Subiectum?

Perſona, quæ habet cōſecrandi facultatē, vt eſt Pōtifex, Epiſcopus, Diœceſanus. Nō autem inferior quidā clericorū, etiā ex Epiſcopi delegatiōe. Quia licet Epiſcopus ea, q̄ iuriſdictiōis ſunt, inferiori demādare poſsit, nō tamen ea, q̄ Ordinis ſunt, inferioris gradus cler⁹ cōmittere permittitur, Ab. in c. fi. ext. de cler. ęgro. &, c. penu. ext. eo.

Quod Subiectum?

Res vel ꝑſona, cuius cōſecratio fit. Quę autem ſint vide tit. de ſacra vnct. lib. 1. & diſt. 1. de conſecrat.

Quæ Forma?

Forma cōſecrandi Pontifices & Imperatores, habetur c. vnico, ext. de ſacra vnct. De forma cōſecrandi Epiſcopos legitur in c. Epiſcopus, diſt.

13.c.1.diſt.75.Panor.& Dd.in.c. ſi Archiepiſcop⁹, extr.de tēp.ordin.& in c.porrò,66.diſt.De conſecrationis modo aliorū clericorū, habetur in c. presbyter,&,c.ſeq.vſq; ad c.pſalmiſt.diſt.23.Forma conſecrādi eccleſias traditur in auth.de monachis,§.illud,& auth.de eccleſ.titulis,§.ſi quis,&,c.placuit,1.q.1.&,c.1.diſt.1.de conſecrat. Forma conſecrandi altaria,aliasq́; res ſacras, explicatur in d.c.vnico,§. vngitur,ext.de ſacra vnct.c.altaris,&,c.placuit, diſt.1.de conſecrat. Debet autem fieri conſecratio diebus feſtiuis, quò ad commodè fieri poſsit,vel etiam priuatis,& tantùm ſemel,niſi iterādi cauſa legitima ſubſit, c. eccleſijs,diſt.1.de conſecrat.

Quis Effectus Conſecrationum?

De effectibus conſecrationum, vide Hoſtienſ. in §.quis ſit effectus, tit.de ſacra vnct.Qui variarum conſecrationum effectus ponit.

Quæ Contraria?

Pollutio.Quæ in eccleſijs contingere dicitur homicidio, etiam citra ſanguinē,& ſeminis,vel humani ſanguinis effuſione,& excommunicati humatione. Sed hæc pollutio purgatur per reconciliationem, quæ qua forma fiat? vide c,eccleſia ſemel,c.ſolennitates,diſtinct.1.&,c.conſuluiſti,extr,eod.

AXIOMATA.

Ea quæ ſunt ordinis,non ita,ſicuti quæ iuriſdictionis ſunt,per delegationem transferri poſſunt,c.penul.extr. eodem.

Eccle-

Eccleſiis Deo ſacratis non eſt denuò conſecratio adhibenda, vi aut incendio, aut alia ruina diſſecratæ ſint. Quo caſu omnia ex integro agenda erunt: perinde ac ſi nunquam conſecratæ fuiſſent, c. eccleſiis, diſt. de conſecr.

Epiſcopus, creſcente fide fidelium, nouam eccleſiam conſtruere, & vnam in plures diuidere poteſt, c. præcipimus, 6. quæſt. 1. & c. nulli, diſt. 99.

DE CELEBRATIONE MISſarum: & Sacramento Euchariſtiæ: & diuinis officis.

Titulus XLI.

Continuatio.

NOn tantùm altariū, eccleſiarum, aliarúq; rerum conſecratio fit, verùm etiam ad tremendi illius ſacroſanctę Synaxeos, ſeu Euchariſtiæ ſacramēti perfectionem, debita Diuini verbi prolatio, ſiue conſecratio, deſideratur.

Quid eſt Euchariſtia, & vnde dicitur?

Euchariſtia eſt, Sacramentum, quod ſub ſpeciebus viſibilibus, panis, ſcilicet, & vini, verum ſacroſanctum corpus & ſanguinem Chriſti continet: ex cuius ſumptione ingentem Dei gratiam & vitam animæ conſequimur. Dicta Euchariſtia, quaſi bona gratia, vel gratiarum actio, c. in quadam, &, c. cùm Marthæ, §. quęſiuiſti, extr. eo. c. ſpecies, diſt. 2. de conſecrat.

Que

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN